



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX

Feria V. Post Dominicam I. Qvadragesimæ

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)

peruicaces emolli, ac misericordiam ad te reuerſis exhibe.

Feciſti, o Domine, tot in Ægypto prodigia, tot miracula ad vnius Pharaonis animū emollicendum feciſti: idipſum quoq; in tot animarum obduratarum ſalutem præſta: re-duc ad Eccleſiæ tuæ cauſam oſes errantes, o paſtor benigniſſime: vt tam ipſi quam nos, ſub eodē Deo, ſub eodem Redemptore, eodem paſtore, & in vna eademque Eccleſia viuentis humiles tibi hac in vita gratias, & laudem in altera reddamus. Amen.

FERIA V. POST DOMI-
NICAM I. QUADRA-
geſimæ.

Partitio.

- I. *Quanta vis inſit orationi.*
- II. *Quæ ſint partes orationis & orantis.*
- III. *Quæ voces Charanaæ, quæ Chriſti.*

*Domine fili Dauid miſerere mei, filia mea
male à demonio vexatur. Matth. 15.*

FIGVRA.

2. Reg. 14.

CVm vidua illa Thecuitis vnicum qui ſibi reſtabat filium, quemq; illa ſingulari amore proſequebatur, ad mortem poſtulati, ſuppliciiſque iam iam à cognatis ſubiiciendum videret: gemens atque oculos lachrymis ſuffuſa Regi Dauid principi ſuo ad pedes ſupplicis procidit, humiliq; obſecratione ne ſe ſemenq; ſuum deleri & familiae nomen extingui ſineret, ac ſilio vitam hanc & communem ſpiritum concederet, poſtulauit. Id ipſum mihi hodierna die videre hic videor Auditores. Ecce enim hic mulierem Chananaeam in ſcenam prodeuntem: quæ cum filiam ſibi chariſſimam, quam illa, vti oculos diligebat, ab æterna iuſtitia ad necem poſtulari videret, vt de ea tartarei illi Carnifices. id eſt, diaboli, ſupplicium, miſere cõtortuendo, ſumerent, Redemptori Ieſu Chriſto, Domino ſuo naturali ſupplicis ad genna aduoluta eſt, & lachrymans ac ſuſpirans filiae ſanitatem ſuique conſeruatiõem efflagitauit. Inſigne argumentum eſt, Auditores, la-

tius id vobis deducendo explicabo, ſi Virgini prius ſalutationem impetrauerimus: dicamus igitur cuncti:

A V E M A R I A.

Sublime illud ingenium Ariſtoteles, & omnis quorūquæ a duobus aut tribus annorū Influxus millibus exſtitere, Philoſophorum turba, nihil adeo in rerum natura, quam occultas ad- las qualitates in cœlis latitantes, quos inſtituimus vocamus, admirari ſunt. Magna quippe eorum vis & potētia: adeo vt omnia, quæ ſupra communem naturam curſum in elementorum diſpoſitione cõtingunt, eiſdem velut cauſæ primariæ, ac ſingulari aſcribi queant & imputari. Si enim ab iſis cauſam fluxus & refluxus in mari, & quid Euripum reciprocari faciat, quid metalla ſub terra ſita excoquat ac ſubliment: quid in oliſibus medulla exſiccet, ac redire cogat: cur magnes ferrum, ac ſuccinū paleas & feſtucas ad ſe trahat, inquiras: nulla alia ratione data, ad influxus cœleſtes & operationes occultas ſtatim deſcendent.

Influxus porro occultus orationis lōge maior & præſtantioreſ ſunt influxu illo cœleſtationis ſti, eorumque effecta magis admiranda: viſunt longe res eorum naturam ſuperant, ac longe ſuper- eminent. Senſit hoc vt præclare omnia, flures influxum illud aureum eloquentiæ Chryſoſtom⁹, bus cœleſti in homilijs in epiſtol. ad Ephēſios: *Orationis*, bus. inquit, *in naturam ſuperat*, vires porro eius *Comm. in* iam aperiam. *Eph. ſer. 13.*

Fuit ipſa Moyſis & Aaron oratio, quæ terram fecit dehiſcere, vt Core, Darhan & Abiron deuoraret. Fuit oratio, quæ maris Rubri E. ed. 14. ſinum aperuit, ac ſexcenta hominum millia, præter vxores ac pueros ſiccopede traduxit. Fuit trium puerorum oratio, quæ rabiem ca- Dani 3. mini cohibuit, calorem compreſſit, ardorem & flammam in fornace Babylonica exſtinxit. Fuit Iofue magni illius Iſraelitarum ducis oratio, quæ ſolem ſtare fecit, & vterius vetuit procederetq; Ezechia, vt eiufdem e cõt. 38. vmbra retrocederet. Quid plura: E. h. oratio 3. Reg. 17. omnē cœleſtium influxuum curſum impediuit, atq; omnium Planetarum potentiam virtutemq; ad nihilum redegit, adeo vt trib. ipſis annis & medio, pluuia in ciuitatem Samaria non deſcenderet. Oratio ignem cœlo fecit

1. Reg. 18. fecit descendere, & hunc ita vehementem, vt
 2. Reg. 16. etiam lapides & saxa confunderet. Oratio de-
 4. Reg. 4. niq; mortuos resuscitavit, farinam multipli-
 cavit, oleum per Prophetarum manus fecit
 in immensum excrecere.

Anne vnquam de huiusmodi influxibus loqui audiistis? Anne potest corpus, quadraginta dierum spatio, sine cibo, solo naturæ auxilio, integrum permanere? Præstitit id oratio, primo quidem in Moyse super montem Sinai, deinde in Elia, in solitudine Horeb: ac longo deinde post tempore, in desertis Palaestinae locis, in Seruatore nostro Christo Iesu. Anne natura efficere potest, vt corpus solidum, ferrum quoq; & quidquid graue est, super aquas instar pluuie supernatet? Efficit oratio. Video namq; Petrum super mare veluti in terra ambulans, & in aquis non secus ac in paumentis incedentem: *Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam.* Video ad Helisæi iussu fructum velut leue & plumeum in flumine natitare. Vere igitur, o admirandam orationis vim! exclamem.

Tradunt naturalium rerum scriptores in mari pisciculum esse, Græcis quidem Echineida, Latinis vero Remoram dictum, cuius hanc esse vim aiunt, vt etiam in medio Oceano plenis exspantant velis, ac ventis tumentes naues sistat: huic si orationem pisciculo similem dixerò, haud multum mihi erraturus videbor: ipsa namque est pisciculus in lachrymarum mari natitans: ipsa est Remora, qua maximas licet naues in mari mundi huius fluctuantibus vnico momento sistit ac moratur. Euagentur & discurrant maxime tentationum infernalium naues, prout lubitum fuerit, ventorum procellæ, quantum potuerint, insurgant: minimus ille pisciculus oratio, in pietatis vndis euagatus, potius est illas sistere, atq; tranquillitatem superinducere.

Anne meministis disceptationis illius & disputationis, in docto illo septem Sapientum conuiuio habitæ, inter Philosophos & Reges, vt quid in mundo fortissimum foret, hac ratione inquirerent & intelligerent. In quo cum Æthiopiæ Rex sententiam dixisset ipsam rerum dominam Fortunam omnibus fortitudine antecedere: eius opinione Thales cõ-

futata esse dixit necessitatem, quippe quæ omnia & perfringeret ac domaret. O miseri ethnici! nondum aliquis vestrum ad veritatem peruenit, vestra mihi venia in hanc liceat disputationem descendere, finite me meum quoq; symbolum conferre, ac libere quid sentiam exponere: nullus adhuc vestrum veritatis scopum tetigit, quare ego pro meo symbolo dico, omnium rerum fortissimam esse orationem. Illa namque demones fugat. *Hoc genus demoniorum non eicitur nisi in oratione & ieiunio.* Illa siquidem de Angelis triumphat. Iacob Patriarcha tota nocte cum Angelo luctatus, adeo eum defatigauit, & orando obsecrandoq; molestus existit, vt cum benedictione ab illo dimissus sit. Hic Iacob ipsa est oratio, quæ cælo quodammodo importuna existens, ac precibus veluti fatigata, impetrat quod postulat, victoriamq; in lignem consequitur: *regnum quidem cælorum vim patitur, & violentur piunt illud,* ante omnia vero ipsa preces & oratio.

Potens ille Monarcha Assuerus, ceterum ac viginti septem provinciis imperitans, ab India nimirum vsq; Æthiopiam, in tantum venustate ac pulchritudine humilis Estheris captus fuit, vt eius sese meritis submitteret. vltro ac sponte ei promiserit quidquid illa demum esset postulatura, *Etiam si dimidiata partem regni petieris, dabitur tibi.* An non tu o speciosa Esther, adeo regi grata existens, præstantiam & excellentiam orationis declaras? haud dubie oratio est venusta illa regina, tantis meritis gratiq; decorata, vt summus ille ac celestis Assuerus, verus totius mundi rex, amore eius fuerit irretitus, vt omnia postulata libentissime concedat, *Omnia quacumq; crâtes petitis, credite accipietis, & fiet vobis.* Quam igitur grata & cara oculis diuinæ maiestatis existis: tu enim es delicia Altissimi, cælo gratissima, te nihil in mundo aut fortius reperitur aut validius, tu Deum superas, idq; in manu fœminæ, & ipsius quidem peccatricis, imo vtro Chananææ. Atq; hæc esto concionis nostræ & Euangelij hodierni materia. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce Chananæa.* De Chananæa igitur hac, deque eius obsecratione verba faciamus, ac deinde de responso, quod à Domino accepit.

Ac primo quidem, mulier hæc Chananæa dicta

M m 3 dicta

1. Reg. 18.
2. Reg. 16.
4. Reg. 4.
Memorabile orationis effectus.

1. Reg. 19.
Matth. 4.

Matth. 14.

4. Reg. 16.

Pisciculus remora cum oratione collatus.
Arist. 1. 2 de hist. anim. sep. 14.

Plat. in conuiuio sepe. Sapiens.

Gen. 23.

1. Esther. 3.

Marc. 11.

Lib. 2. c. 14.

dicta fuit, quod de progenie Cham qui filiorum Noe vnus fuit, vt Lactantius Firmianus ait, orta esset, qui cum maledictus a patre fuisset, in eam mundi partem secessit, quæ hodie Arabia nominatur: & eam nomine suo Chanaan nūcupauit, è qua fœmina hæc progenita fuit, vnde Chananaea nūcupata est. Verum ò animæ piæ ac fideles, si ipsam orationis tabulam ad viuū colorib. suis depictâ, ac pulchritudine, feruore, & reliquis suis insignib. ac proprietatib. adumbratam, nunquã videre vobis contigit: hæc profecto mulier eã manu sua delineatam apertissime demonstrabit. Nihil sane vnquã huiusmodi vidisse meminimus. Ostendit illa hic fidem, qualem vix quicquam credat, *O mulier magna est fides tua.* Patientia & perseverantia incredibili sese munit, *Ecce clamat post nos,* aiunt Apostoli: humilitatem præferret admirabilem, cum se pauperem catellam vocat: *etia Domine, nam catelli edunt de micis.* Atq; hinc discamus oportet, orationem sine fide nullius penitus esse momenti, sine humilitate deficere, sine perseverantia nihil obtinere. Ita vt currus triumphalis orationis, tribus illis insignibus rotis feratur, quibus quartam, nempe charitatem, adjunxeris, igneum illum Eliæ currum habueris: ille namque igneo curru in cælum translatus fuit, quemadmodum sacra scriptura ceu rem admirabilem & miraculi plenam ob oculos ponit, at oratio rem longe mirabiliorem efficit: quippe quæ curru est, qui quatuor rotis fertur, igne charitatis exæstuans, & animas non per aerē, vt currus ille Eliæ verū ad tertiuū vsq; cælum, vt D. Paulū, transferens & subleuās.

Chananaea igitur hæc mulier præclaris hisce virtutib. decorata, *Egressus de sinibus illis,* terrâ Chanaan, id est, maledictionis, relinquens, in Iudæam venit & Christum Dominum accessit. O felicem accessum, ò fortunatum aditum! Iesus ille mitissimus accedit, & humilis illa Chananaea obuiam processit. Quibus in rebus insignia mysteria latitare credendum est. Hinc etenim discatis oportet, peccato ta quoq; ad res, quantis spatijs Deus è cœlo cum gratijs eam recipi & benedictionibus descendit, ipsam vos eandem animam præparanda est. in terra Chanaan, id est, peccato, mundum relinquendo egredi, & quando gratiã suam præuenientem offert, eidem cum gratia coope-

rante debere obuiam procedere, ita vt quemadmodum Deus à parte sua progrediarur, ita vos à vestra similiter progrediamini. Quod insignibus vobis allegorijs & similitudinibus declarabo.

An non meministis eius, quod in Numerorum libro legitur? quomodo scilicet duo viri in desertum Sinai venerint, botrum è vitibus Chanaan humeris suis in veste portantes. Quare edoceri peccator botrum salutis tuæ, quamdiu in deserto mundi huius erras, & habitas, adeo grauem esse, ac tanti ponderis, vt à duobus ferri eum necesse sit, à Deo scilicet, hinc tibi bona inspirante, & à te illinc gratiæ datæ cooperante.

Christus Dominus onustus ad montem Caluariæ progrediens, cruci portandæ solus sufficiens præpœnarum dolorumq; acerbitate, non fuit, opus scilicet erat vt Simon Cyrenæus ei succurreret, vnde factū est, vt duo simul onus hoc portauerint. Quo quid aliud declaratum fuit, quam Deū solum saluti nostræ non intendere, verum nostrum quoque esse manum operi adiuuere, ac crucem cum eodem ferre. Ipse quidem pro nobis satisfecit, & pro totius mundi salute in cruce mortem passus est: hæc eius partes fuere: verū nos nobis eius satisfactionem, ac merita passionis & crucis applicemus, hæc erunt nostræ.

Axioma hoc est Aristotelis, quod huic rei optime visum est quadrare, *homo hominem generat & sol.* de justificatione autē merito dicere poterimus, *Deus & homo saluans hominē.* An nõ nouum hoc & insolitū videtur ò dicitur? Testem huius rei habeo Aug. *Qui fecit te sine te, non potest saluare te sine te.* Deus in molarum huius creationis sine vilo tuo labore aut molestia contriuit, verum nisi tu ipse coopereris saluare te non valet, esse tibi solus dedit: at salutem solus dare non potest. Egregium potro & illud est, quod Scala Iacob vna extremitate tangebatur cælum & altera terram, ipsiq; Angeli eidem innitebantur. Scala justificationis extremitate vna quæ Deum gratia sua præuenientem representat, tangit cælum, altera vero terram, id est, hominem cooperantem, ac in ea animæ discurrunt, atq; instar Angelorum saluantur. An non hæc præclare figuræ sunt; modo veram historiam declaremus.

Et ecce

Oratio in curru quatuor rotis inuecto triumphat. 4. Reg. 2. Oratio animas instar S. Pauli vsq; ad tertium cælum rapit.

Vt Deus gratiam nobis offert, i. est. Hinc etenim discatis oportet, peccato ta quoq; ad res, quantis spatijs Deus è cœlo cum gratijs eam recipi & benedictionibus descendit, ipsam vos eandem animam præparanda est.

Non satis est peccatum relinquere, verum fuppende sunt quoq; peccati occasio- nes.

Et ecce Chananaa egressa de finibus illis. Eisdem quibus Iesus spatijs e Sidone & Tyro venerat Chananaa e Chanaan, & finibus eius egressa est. O rem notatu dignissimam. Mulier haec, vt Euangelij verba sonant, non modo maledicta hac terra egressa, verum etiam omnibus finibus eius. *Egressa est de finibus illis.* Neque enim satis est peccatum relinquere, verum ex omnibus quoq; eius finibus nos egredi necesse est, cunctasq; peccati occasiones fugere. Non satis est, o matrona, peccata sacerdoti confiteri: nodum finibus eorum egressa estis. Video quippe adhuc cineres & pulueres in capitibus vestris, non quales in die cinerum poenitentiae loco vsurpatis. Video adhuc tinctas illas genas, ac purpurillatam faciem, video ad vos nudo peccore lasciuientes, video etiamnum fastigiata illa crinium parameta, ac calamistratos capillorum nodos. Verum omnibus hisce occasionibus egrediendum est, huc vos hodie Chananaa illa inuitat, atque hanc in rem nouas adhuc figuras notate.

Figurae.

Exod. 10.

Gen. 19.

Exod. 12.

Præceperat olim filijs Israel sub Pharaonis imperio constitutis Deus, vt cum tota familia, gregibus omni deniq; substantia Ægypto egrederentur. *Cuncti greges pergant vobiscum, no remanebit ex eis unguis.* Quadrat hoc in vos, o peccatores, qui sub duro infernalis illius Pharaonis imperio & captiuitate detinemini. Egredi vos Ægypto vult Deus, peccata scilicet ac nullam in eo occasionem relinquere, quæ fortassis iterum ad id vos inuitaret. Loth e Sodoma cum tota sua familia egressus est, nihilque in eareliquit, cuius amor eodem illum compelleret. Egredimini igitur vos Lothi, & egredimini peccatores e Sodoma, id est, flagitijs & peccatis vestris, timete fulmina, credite Angelis, confugite ad montes poenitentiae. verum cum tota familia, auferte omnes profus occasiones, quæ vos, eodem vt rediretis, forsitan inuitarent, & cogerent.

Non satis fuit Moli idolum & vitulum constabilem comminuisse: verum eum totum in cineres redegit, arripientisq; vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsq; ad puluerem, quem sparsit in aquam ac dedit ex eo potum filijs Israel. Signum hoc est, Auditores non sufficere idolum peccati difficere ac comminuerunt: ve-

rum penitus id ex animo euellendum, & cineres eius deuorandos, id est occasiones, quibus iterum ad committendum incitaremur: cineres quoq; illius digerendos, vt nulla eorum amplius restet memoria. Saul Rex Israel a Deo mandatum acceperat, vt Amalec extirparet, omnemq; exercitum eius deleteret, quin & ipsa quoque animalia occideret. *Periuro Amalec & demolire vniuersa eius.* Sub obscuris illis inuolueris latitant eximie res Amalec scilicet id est, peccatum esse percutiendum & simul omnia quæ ei adherent, etiam minimas occasiunculas euertendas.

En vobis aliam adhuc allegoriam e Leuitico: quando scilicet victima aliqua in sacrificium pro peccato offerenda erat, madauerat Deus vt omnia extra castra cremarentur, donec in fauillam redacta essent. lex autem haec est: *Cremabitur in altari tota nocte: tolletque sacerdos cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare auferet eos extra castra. Et v. q; ad fauillam c. sumi faciet.* An non hoc ad nostram doctrinam mandauit Deus, vt quando scilicet sacrificium peccati nostri facimus, atq; id immolamus, extra mundum faciamus, vt omnia igne charitatis & contritionis flamma comburantur, nihil vt remaneat reliquum, nec subiectum, vel occasio, aut minima tentatio, in cineres id etiam redigendum est, nulla vt eius amplius memoria supersit. Anne igitur vobis allegorias deesse putatis? vnam adhuc addam e Genesi productam: Pia illa matrona Sara, Abrahamo marito suo dicebat, *Eijce ancillam & filium eius.* neq; enim illi satis erat Ismaelem expelli, simul quoq; & matrem eiecitam volebat. O Sara anima inquam pia non sufficit te Ismaelem illum peccati a te eijcere, ipsa quoq; eiusdem mater, id est, occasio, eadem opera eijcienda est.

2. Reg. 19.

Gen. 12.

III.

Egrediamur igitur, egrediamur e peccatis hisce nostris, ex hisce occasionibus. sequamur Chananaam, iam n. in campis est & in itinere oratio ad Christum.

illam loquentem *Domine miserere mei, filia mea male a damonio vexatur.* Domine si vniquam matrem in angustijs positam, aut mulierem afflictam videris, ecce ea hic ante pedes prostratam. Vnica mihi est filia, in qua tota mea spes posita est, vnica mea felicitas ac delicia, quæque

que miseram solari senectam poterit, & eam proh dolor daemones mirum in modum torquent, ac vehementer atq; inhumaniter discutiant. Scio quoq; te Domine daemones imperare, eos expellere, & eiecere quotiescumq; lubuerit: miserere igitur mei & filiae meae. Quis hoc te docuit o mulier? quis hac obsecro tibi ratione misericordiam petere suaserit? quis te illud *Miserere mei*, quod David rex usurpare solitus erat, edocuit? Non est profecto dubium, quin aliquis tibi antea dixerit, duob. huiusce verbis, David regu duorum grauium criminum, adulterij scilicet & homicidij veniam a Deo Opt. Max. esse consecutum.

Morales
sensus super
hac Chananaea.

Quid vero nobis o mulier noua hac facie & vmbis allegoricis, hac tua fide, obsecratione, humilitate, hac tua deniq; importuna perseverantia, designas, nisi statum animae peccatricis? quae quam primum vt a Deo inspirata gratiam eius praueientem adepta est: e finibus peccati atq; omnibus peccati occasionibus se debet proripere, & instar Moysis, Pharaonis palatium, id est, peccati, confestim deserere, & in deserto penitentiae, in quo Christus reperitur delitescere: atq; ita coram illo, aut eius vicario qui sacerdos est, in genua procidendo, magna contritione, magna fiducia, ac profunda humilitate clamare, *Domine miserere mei filia mea*, sc. anima male a daemone vexatur, miserum in modum torquetur a daemone superbia, luxuria. Quamobrem *miserere mei*.

Insignis conceptus Chananae Magdalene, & Haemorrhoeae significant tres virtutes Theologicas.

Mar. 9.
Iob. 12.
Mar. 14.
Luc. 7.

Alium praeterea conceptum prioribus non inferiorem in medium adducam, quem e fronde & oculis Chananae huius elicui. Sacra Evangelij historia tres praclaras nobis mulieres velut in theatrum producit, omnes penitentia insignes, atq; omnes a Iesu Christo exauditas. Primam quidem Haemorrhoeam, alteram Magdalenam, postremam Chananae hanc, cuius hodiernum Euangelium meminit. An non tres haec mulieres, sub larva quodammodo latitantes, tres virtutes Theologicae esse videbuntur? An non enim Haemorrhoea illa, cui satis erat vel simbriam vestimenti Christi contingere, fides sit, cui solis oculis species sacramentales quae instar simbriarum ipsius Eucharistiae sunt, contingere sufficit: Chananae vero nostra patiens & per-

seuerans, an non spes est? Quia autem Maria Magdalena ipsa sit charitas, nemo est, qui ambigit, cum nimirum illa sit, quae dilexit multum & quae amoris & charitatis flammis succensa aestuauit.

Multo autem melius tres illae penitentes feminae tres penitentiae partes, & membra significare videntur: vt scilicet Haemorrhoea, quae tanto dolore intus afficiebatur & amaritudine, quaeq; non nisi intra se loquebatur, Contritionem certissime designet; quae se, dolore peccati in animo concepto, mirum in modum affligit, peccatum ipsum summo pere detestans: Contritio enim est dolor internus de peccato. Nostra vero Chananae, quae hic ejulat, lamentatur, & amaritudinem animi exterius declarat, vere confessio dici poterit, quae suspirijs, lachrymis & summa displicentia peccata confitetur. Magdalena autem, quae plorat, aromata secum portat, crines euellit, quaeq; oculos lacrymado fatigat, an non satisfactiois typum gerere videntur? Ignosces porro nobis o Chananae, cum tot tamq; diuersas noua hac tua & insolita facie mulieres designamus: tu quoq; Domine, vt ad alterum membrum veniamus. humili orationi annue, ac miserae huius ac dolentis matris miserere.

O rem insolitam! o tristem & acerbum casum! Dominus mulieri huic non loquitur, aut ne minimum responsionis dat signum, non respondebit illi verbum. Non ideo tamen illa animum despondet, quaerit & parat amicos qui eius causam agant, eiusq; patrocinium suscipiant. Accedit Apostolos, obsecrat, vt pro se orent, ac partes suas agant: qui eius casu ad misericordiam commoti, lacrymis eius inflexi ac precib. victi, Domino Iesu Christo causam eius commendant dicentes, *Dimitte eam quia clamat post nos* Anne misere huius mulieris postulatis intueri lacrymas, miserere, dolorum acerbis atq; eius, clamores eius exaudi: aures enim nobis clamando obtundit, & fatigat, eius igitur miserere. Si vero mihi tempus esset, o Haeretici, vos ego hic penitus, si de inuocatione Sanctorum loqui inciperet, confutarem ac prosternerem: at hoc solum in animo condite, quomodo hic Chananae Apostolos accedat, qui Christo eius causa supplicent.

Domine

Chananae
Apostolos
obsecrat.

Dominus itaq; Apostolorum intercessione victus tandem respondit: verum non vsque adeo in causæ patrocinium, sed satis asper: *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel* non vero ad Chananeas: neque enim par est, externos domesticis, & familiaribus, barbaros Iudæis, & Gentiles fidelibus antepone. Chananea tamen, licet adeo graui responso accepto, animum non despondet, aut ab obsecrâdo desistit: verum preces precibus superaddens ac importunius q̄ prius rogans, ait, *Domine adiuua me*, quidquid lubuerit dicito, Iudææ tuæ quantum volueris patrocinare: me tamen adiuues necesse est, ac miseræ Chananeæ miseraris.

Chananeæ oratio.

Adiuua me. Non prius te deseram quam me adiuues: pedibus tuis aduoluta emoriar, nisi filiam sanaueris. Ah Domine, quid dicerent magna illæ vrbes Tyrus & Sidon, quid dicerent Babylonij, & Philisthæi, quid omnes externæ nationes dicerent: si is quem omnes ubiq; Seruatorem mundi, & credunt & prædicant, quiq; se ad peccatores saluandos in hunc mundum venisse gloriatur, scæminæ vnus miseræ & afflictæ, scæmine inquam peccatricis, preces à se reiceret? Quid deniq; de me dicerent in terra Chanaan, quid in vniuerso orbe, si te, qui Hamorrhœistam curasti, qui Mariam Magdalenam ad gratiam reduxisti, ac Samaritanæ postulata concessisti, vnâ Chananeam reiceret, & exaudire nolle contingat: At Dominus iterum hisce auditis non minus rigide, q̄ antea respondit: *Nô est bonum sumere panem filiorum & dare canibus* quare longiorib. me noli fatigare precibus: nihil nâ que à me impetrabis. Quid n. dicerent Israelitæ, si panem gratiæ, ijs merito debitum Iudææ auferrem, vt Chananeis, qui bestiarum loco habendi sunt, ac canum more, Deo verò neglecto, & idolis seruientes, viuunt, eundem porrigat? Quamobrem recede nec me importunis tuis precibus, ac molestis postulationib; amplius diuexa.

Perseuerantia orati necessaria.

Etiâ Domine. Eia age, Chananeæ, vrge, insta, Messiam sollicita, eumque obsecrare ne desistas: obtinebis tandem, quod postulas: nam *regnum cælorum vim patitur* non vim armorum modo aut laborum, verum etiam precum. Hinc porro discant, qui sæpius Do-

Tom. 1. Bessai Quadrage.

minum pro aliqua re impetranda obsecrant: vt in oratione perseuerent: cum externa illa iam tertio repulsam passa, nec tum demum desistens: tandem exaudita fuit.

Verum disquiramus, Auditores, quibus Quare Chananeæ potissimum de causis. Deus, qui nullum orantem à se reiecit, toties hanc mulierem repeties repulerit. Primum quidem, vt matrem puniret, iam passa cuius culpa factum erat, vt filia à dæmonio sit. torqueretur: quod à matribus notatum oportuit. Deinde vero, quod Chananeæ esset, hoc est, è maledicta illa Cham progenie orta: quo ostenderet non se hæreticorum aut infidelium preces exaudire quam magnam animi contritionem & amaritudinem ostenderint, & è terra Chanaan egressi fuerint: paucis nisi hæresim abiurauerint, ac repudiarint. Tertia vero eaque potissima causa est, vt hinc disceremus, preces in statu peccati factas nullius prorsus momenti esse. Ita namque id docuit cæcus ille in Euangelio: *Peccatores*, inquit, *non exaudit Deus.* Qui locus sane difficilis ac salebrosus est, cuius sexcentas interpretationes & explanationes video. Cæcus n. huic Iudæi obieciat, quod Iesus à quo visum miraculo recepit, peccator esset, quib. ille hoc minime fieri posse ait, cū Deus eum exaudierit, qui tamen peccatores exaudire non consuevit.

Quid ais cæce, vere hic cæcutis: nō videre *Luc 2.* mihi sublimè hic agere Theologum. An non *4. Re. 10.* enim Publicanus qui & ipse peccator erat, à Deo exauditus fuit? An non Ezechias rex, licet etiam grauius diuinam maiestatem offensus, petita à Deo impetrauit. Quid igitur ais? peccatores ad desperationem cogis. S. August. hunc locum explanans ait, cæcum hoc in loco, vt tironem in fide ex proprio magis iudicio quam veritatis arbitrio esse locutum. Cyrillus vero dicit Deum quidem peccatores non exaudire, prout peccatores sunt; alij peccatores induratos & pertinaces à Deo non admitti; quidam etiam melius, non exaudiri illos quantum ad gloriæ meritum & satisfactionem spectat: equidem, vt ex hisce salebris semel egrediar, crediderim, Deum peccatores non tam facile quam iustos, nisi prius aliquam difficultatem senserint, & importunitatem magnamque perse-

N n ueran

uerantiam declarauerint, exaudire. Quod uiuo hic exemplo in Euangelio discimus. Videas hic namq; peccatricem, magno labore post tertiam repulsam exauditam, suaque perseverantia & nimia importunitate quod petebat, obtinentem.

Exaudit, exaudit sine dubio tandem peccatores Deus, si modo supplex & humilis sis, in postulando perseveres, ac confidenter dicas: *Etiam Domine, nam & catellus edunt, de micis*: quod Theophylactus, qui late excurrens hic luxuriatur, ita explicat: quantum canis sim & indigna. Verissimum est Domine, catellam me esse fateor, foeminam miseram, desertam & afflictam: at non panem filiorum te rogo: neq; enim adeo impudens, effrons aut adeo male sum edocta. Scio, Iudaeos esse filios tibi charissimos, atq; eorum te potissimum causa in mundum venisse: non quaero signa & prodigia, qualia olim in Aegypto operatus es, aut in mari Rubro, aut in deserto. Non postulo pluuiam illam caelestem mannae, non aquas ex petra promanantes, sunt illa namque panis Israelitarum: verum exiguam quandam micam ex omnipotente tua mensa decidentem, sanitatem, s. filia mea qua a daemone cruciatur, supplex obsecro. haec enim non nisi mica quaedam est, si cum magnis illis miraculis, qua ipse olim edidisti comparatur. O fidem admirabilem, o humilitatem imitandam, o perseverantiam omnibus saeculis deprecandam! *O mulier magna est fides tua*: iam te amplius recitare non possum, tua me eicit patientia & pertinacia: quodcumq; postulaueris, libens concedo: *ut tibi sicut vis*. Postulata tua concessa sunt, preces exaudita, filia sanitati restituta.

O ducissime Iesu vnice Seruator orbis, misericordiae ac bonitatis fons exuberantissime, qui perseverantiam amas, qui precibus importune quodammodo sollicitari vis: Deus qui initio quidem austerus & rigidus, ac peccatores longe a te repellere videris: verum tandem in gratiam recipis, ac benigne exaudis. Ecce tibi hic aliam quaedam Chananaeam, animam nempe meam, afflictam, & deiectam, qua tuis sese pedibus prouoluens misericordiam implorat, *Miserere mei, filia mea tua e a daemone* *Saxat*. Benignissime Deus mihi succur-

re filia mea, anima nimirum mea torquetur, diuectur non a daemone, sed a daemone sexcentis, innumeris sc. peccatis, auaritia, gula, & luxuria. Hic enim terribiles daemones in graui peccata quataq; in anima crudelitate deserviunt. Ad his igitur creator eiusdem, Deus ac Redemptor, sana eam: qua gratiam si a te impetrauerit Domine, erit cur misericordiam in hoc mundo, ac gloriam in altero deprecet ac miretur. Amen.

FERIA VI. POST DOMIN. L
QUADRAGESIMA.

Partitio.

- I. *Paraphrasis de misericordia Dei.*
- II. *De Probatica piscina.*
- III. *De portibus quatuor pauca.*
- IV. *De ipso paralytico.*

Est autem Hierosolymis Probatica piscina.
Ioan. 5.

FIGURA.

REs plane admirabilis communem naturam 4. Reg. 5.
ordinem excedens fuit, Naamanem illum Syrum lepra infectum, Iordanem sese immergentem, mundatum & adeo integrum exire, nil ut caro eius a carne pueri parvuli disereparet. At multo maius miraculum est, hodierna die paralyticum, qui sese loco mouere non poterat, in o triginta iam annorum spatio ea iam egritudine laborauerat, piscinam Probaticam ingressum, mox sanum & integrum, omnibusq; membris confirmatis exuentem intueri. Illud quidem Elizeus Propheta in media Iudaea, hoc vero Iesus Christus Prophetatum Princeps in medio Ierusalem operatus est. Ut potero vobis omnia qua ad luculentum hoc miraculum spectare videntur: digne & per se ponderare explicemus: Spiritus sancti operem, ut ille intellectum illuminet, virginem Mariam ad hoc potissimum, velut patronam & advocatam adhibendo, recitantes AVE MARIA, inuocemus.

Magnus ille Prophetarum Rex ac Regum I.
Propheta David, apposite sane ac multis de *Psalm. 88.*
causis misericordias Domini, veluti amplif-
simum

Theoph. in
c. 13.
Matt.